

si querela inde exhibit, sed si prepositus uel sayon monstrat sigillum Regis illi uicino qui amo [rem] ²⁶ / sui querelosi non retinuit, nec sigillo Regis obediuit, quod faciat illum querelosum sine querela, ⁊ quod det calumpniam oportet quod eadem die faciat cum sine ²⁶ querela, uel quod det fidanciam preposito de iure complendo secundum prouidenciam arcaldi ⁊ si hoc non fecerit det de calonia años. V. solidos. Sed / sciendum est quod ille qui preparatur pro fidancia super sigillo Regis, debet esse uicinus domum tenens ⁊ talis qui in hereditate uel mobili habeat pignora que ualeant .LX. solidos aut plus.

75. [De exercitu.]

[F]orum est quod .XII.cim iurati dum sunt in seruicio uille non debent ire in exercitum [⁊] ²⁶ / arcaldus similiter ⁊ tres uicini Stelle quoscumque arcaldus eligerit non debent ire in exercitum.

76. [De pignore.]

[S]i uicinus uicinum pign[ora] ²⁶ / bit, teneat pignora de manifesto, ⁊ si pignora negare uoluerit, si ille cuius sunt pignora cum testibus uicinis ei probare poterit, reddat / pignora ⁊ det Regi .LX. solidos de calonia.

77.

[S]i aliqua causa acciderit inter uicinos Stelle que non sit scripta in / foro, iudicium quod dabit arcaldus cum consilio iuratorum Stelle super illa causa, ualebit ⁊ habebit ratitudinem quia sic est forum, quia si ²⁶... esset, Rex perderet suam caloniam ⁊ pauper uicinus suum ius.

IV

SOLARIEGOS Y COLLAZOS NAVARROS

UN DIPLOMA QUE LOS DIFERENCIA

Dada la situación actual de la investigación de nuestra historia social de la Edad Media, quedan aún por resolver mil cuestiones del mayor interés, entre ellas varias relativas a las diferencias jurídicas y económicas que separaban a las clases inferiores en los siglos posteriores de nuestro medioevo. Uno de los puntos aún oscuros es el referente a los solariegos y collazos, cuya identidad o diversidad constituye todavía un problema. Ni Hinojosa, ni Mayer, han visto claro en este asunto. El último los tiene por una misma

²⁶ Roto el perg.

clase. En los fondos del Monasterio de Leire, del Archivo Histórico Nacional, he tenido la fortuna de hallar un diploma de 1217, cuyo aprovechamiento me es desconocido, y en el que resultan claramente diferenciadas aquellas dos ínfimas categorías sociales en tierras de Navarra. Como a la par ofrece noticias de valor sobre el régimen de explotación del suelo en este reino durante el siglo XIII y acerca de las cargas que pesaban sobre tales collazos y solariegos, creemos de interés su publicación en estas páginas ¹.

Ad noticia cunctorum perueniat quod ego Garsias, Dei Gratia abbas sancti Saluatoris leiorensis, et totus Conuentus ipsius loci facimus hanc cartam donationis et confirmationis uobis totis collaciis nostris de Ororitia presentibus et futuris in perpetuum. Habito siquidem consilio cum honestis personis atque discretis, forum quod usque ad tempora petri martinez de Sarassa, cui sit requies, habuistis, sicut per antiquorum experienciam probauimus, uobis et posteris uestris concedimus et presenti pagina communimus. Videlicet ut quindecim kaficia tritici annuatim et opilarinçada pro debita peita nobis et successoribus nostris persoluatis et ueniatis singuli ad laborem nostram semel in ebdomada, sicut hactenus consueuistis. Solarigos uero eodem modo semel in mense laborent, immunes semper ab ipsa opilarinçada. Cetera autem que ad jus nostrum spectant et dominium in omnibus retinemus tam in personis quam in villa et cañoniis et ecclesia cum uniuersis que ad illam pertinent et cena abbatis annuatim ex ipsa uilla. Haec enim omnia supra scripta ideo uobis damus et concedimus ut de cetero erga nos et monasterium nostrum fideles semper sitis ac deuoti. Actum est hoc sub Era M.^a CC.^a L.^a VII.^a Mense Mayo. Regnante Rege Sancio in Nauarra. Episcopo Guillermo in pampillona. Garsias, dictus abbas, confirmat et [signo] signat. Petrus, prior, confirmat pro se et pro toto capitulo et [signo] signat. Rumeus, sacrista, confirmat et [signo] signat. Lupus, chelemosinarius, confirmat, et [signo] signat. Fortunius de gazolas, prior de larasoayn, confirmat et [signo] signat. Martinus, infirmarius, confirmat et [signo] signat. Iohannes, prior infans, confirmat et [signo] signat. Garsias de Stella scripsit et [signo] signauit.

CLAUDIO SÁNCHEZ-ALBORNOZ.

¹ Esta comunicación fué leída en el Congreso para el progreso de las Ciencias, celebrado en Cádiz en la primavera de este año.